

# Versions of Magna Carta

Richard Cassidy

The evolution of the text of Magna Carta from 1215 to 1300, showing how the original wording of 1215 was amended in 1216, and again in 1217, 1225 and 1297. Additions at each stage are shown in *italic*. Deletions are shown by ~~strikethrough~~ type.

## Magna Carta 1216

[Showing changes from Magna Carta 1215]

Johannes Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie et Aquitannie, et comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, prepositis, ministris, ~~et omnibus~~ ballivis et ~~omnibus~~ fidelibus suis, salutem. Sciatis nos, intuitu Dei et pro salute anime nostre et omnium antecessorum et ~~heredum~~ *successorum* nostrorum, ad honorem Dei et exaltationem sancte ecclesie, et emendationem regni nostri, per consilium venerabilium patrum nostrorum *domini Gualonis titulo Sancti Martini presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, Stephani Cantuariensis archiepiscopi, tocius Anglie primatis et sancte Romane ecclesie cardinalis, Henrici Dublinensis archiepiscopi, Willelmi Londoniensis, Petri Wintoniensis, Reineri de Sancto Asapho, Joscelini Bathoniensis et Glastoniensis, Hugonis Lincolnensis, Walteri Wygorniensis Simonis Exoniensis, Ricardi Cicestriensis, Willelmi Coventrens, et Benedicti Roffensis, Henrici Landavensis, Menevensis, Bangorensis et Sylvestri Wygorniensis* episcoporum; ~~magistri Pandulfi domini pape subdiaconi et familiaris, fratris Aymerici magistri milicie Templi in Anglia; et nobilium virorum Willelmi Mariscalli comitis Penbrocie, Willelmi comitis Sarrisberie, Willelmi comitis Warennie, Willelmi comitis Arundellie, Alani de Galeweya constabularii Scocie, Warini filii Geroldi, Petri filii Hereberti, Huberti de Burgo senescalli Pictavie, Hugonis de Nevilla, Mathei filii Hereberti, Thome Basset, Alani Basset, Philippi de Albiniaco, Roberti de Roppel, Johannis Mariscalli, Johannis filii Hugonis Ranulfi comitis Cestrie, Willelmi de Ferrariis comitis Derebie, Willelmi comitis Albemarle, Huberti de Burgo justiciarii nostri, Savarici de Maloleone, Willelmi Brigwerre patris, Willelmi Brigwerre filii, Roberti de Curtenay, Falkesii de Breaute, Reginaldi de Vautort, Walteri de Lascy, Hugonis de Mortuo Mari, Johannis de Monemute, Walteri de Bello campo, Walteri de Clifford, Rogeri de Clifford, Roberti de Mortuo Mari, Willelmi de Cantilupe, Mathei filii Hereberti, Johannis Mariscalli, Alani Bassett, Philippi de Albiniaco, Johannis Extranei et aliorum fidelium nostrorum:~~

- [1] Inprimis concessisse Deo et hac presenti carta nostra confirmasse, pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, quod Anglicana ecclesia libera sit, et habeat jura sua integra, et libertates suas illesas; et ita volumus observari; quod apparet ex eo quod libertatem electionum, que maxima et magis necessaria reputatur ecclesie Anglicane, mera et spontanea voluntate, ante discordiam inter nos et barones nostros motam, concessimus et carta nostra confirmavimus, et eam obtinuimus a domino papa Innocentio tercio confirmari; quam et nos observabimus et ab heredibus nostris in perpetuum bona fide volumus observari. Concessimus etiam omnibus liberis hominibus regni nostri, pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, omnes libertates subscriptas, habendas et tenendas eis et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris.
- [2] Si quis comitum vel baronum nostrorum, sive aliorum tenentium de nobis in capite per servicium militare, mortuus fuerit, et cum decesserit heres suus plene etatis fuerit et relevium debeat, habeat hereditatem suam per antiquum relevium; scilicet heres vel heredes comitis de baronia comitis integra per centum libras; heres vel heredes baronis de baronia integra per centum libras; heres vel heredes militis de feodo militis integro per centum solidos ad plus; et qui minus debuerit minus det secundum antiquam consuetudinem feodorum.
- [3] Si autem heres alicujus talium fuerit infra etatem, *dominus ejus non habeat custodiam ejus nec terre sue, antequam homagium ejus ceperit; et postquam talis heres fuerit in custodia, cum ad etatem pervenerit, scilicet viginti unius anni, habeat hereditatem suam sine relevio et sine fine ita tamen quod si ipse dum infra etatem fuerit, fiat miles, nichilominus terra remaneat in custodia domini sui usque ad terminum predictum.*
- [4] Custos terre hujusmodi heredis qui infra etatem fuerit, non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia servicia, et hoc sine destructione et vasto hominum vel rerum; et si nos commiserimus custodiam alicujus talis terre vicecomiti vel alicui alii qui de exitibus terre illius nobis respondere debeat, et ille destructionem de custodia fecerit vel vastum, nos ab illo capiemus emendam, et terra committatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo, qui de exitibus nobis respondeant vel ei cui eos illos assignaverimus; et si dederimus vel vendiderimus alicui

custodiam alicujus talis terre, et ille destructionem inde fecerit vel vastum, amittat ipsam custodiam, et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui similiter nobis respondeant sicut predictum est.

- [5] Custos autem, quamdiu custodiam terre habuerit, sustentet domos, parcos, vivaria *vivarios*, stagna, molendina, et cetera ad terram illam pertinentia, de exitibus terre ejusdem; et reddat heredi, cum ad plenam etatem pervenerit, terram suam totam instauratam de carucis et ~~waynagiis, secundum quod tempus waynagii exiget et exitus terre racionabiliter poterunt sustinere. et omnibus aliis rebus ad minus secundum quod illam recepit. Hec omnia~~ observentur de custodiis archiepiscopatum, episcopatum, abbatiarum, prioratum, ecclesiarum et dignitatum vacantium, excepto quod custodie hujusmodi vendi non debent.
- [6] Heredes maritentur absque disparagacione. ~~ita tamen quod, antequam contrahatur matrimonium, ostendatur propinquis de consanguinitate ipsius heredis.~~
- [7] Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate habeat maritagium *suum* et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua, vel pro maritagio *suo* vel hereditate sua, quam hereditatem maritus suus et ipsa tenuerint die obitus ipsius mariti; et maneat in domo mariti sui per quadraginta dies post mortem ipsius *mariti sui*, infra quos ei assignetur dos sua *nisi prius ei fuerit assignata, vel nisi domus illa sit castrum; et si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari quousque dos sua ei assignetur secundum quod predictum est.*
- [8] Nulla vidua distringatur ad se maritandum, dum voluerit vivere sine marito, ita tamen quod securitatem faciet quod se non maritabit sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu domini sui ~~de quo tenuerit~~, si de alio tenuerit.
- [9] ~~Nec nos nee~~ *Nos vero vel* ballivi nostri *non* saisiemus terram aliquam nec redditum pro debito aliquo, quamdiu catalla debitoris *presentia* sufficiunt ad debitum reddendum *et ipse debitor paratus sit inde satisfacere*; nec plegii ipsius debitoris distringantur quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solucionem debiti; et si capitalis debitor defecerit in solucione debiti, non habens unde ~~solvat reddat aut reddere nolit cum possit~~, plegii respondeant de debito; et si voluerint, habeant terras et redditus debitoris, ~~donec quousque~~ sit eis satisfactum de debito quod ante pro eo solverint, nisi capitalis debitor monstraverit se inde esse quietum versus eosdem plegios.
- [10] Si quis mutuo ceperit aliquid a Judeis, plus vel minus, et moriatur antequam debitum illud solvatur, debitum non usuret quamdiu heres fuerit infra etatem, de quocumque teneat; et si debitum illud inciderit in manus nostras, nos non capiemus nisi catallum contentum in carta.
- [11] Et si quis moriatur, et debitum debeat Judeis, uxor ejus habeat dotem suam, et nichil reddat de debito illo, et si liberi ipsius defuncti qui fuerint infra etatem remanserint, provideantur eis necessaria secundum tenementum quod fuerit defuncti et de residuo solvatur debitum, salvo servicio dominorum; simili modo fiat de debitis que debentur aliis quam Judeis.
- [12] Nullum scutagium vel auxilium ponatur in regno nostro, nisi per commune consilium regni nostri, nisi ad corpus nostrum redimendum, et primogenitum filium nostrum militem faciendum, et ad filiam nostram primogenitam semel maritandam, et ad hec non fiat nisi racionabile auxilium; simili modo fiat de auxiliis de civitate London'.
- [13] 10] Et Civitas London' habeat omnes antiquas libertates et liberas consuetudines suas, ~~tam per terras quam per aquas~~. Preterea volumus et concedimus quod omnes alie civitates, et burgi, et ville, et barones *de quinque portibus, et omnes portus*, habeant omnes libertates et liberas consuetudines suas.
- [14] Et ad habendum commune consilium regni de auxilio assidendo aliter quam in tribus casibus predictis, vel de scutagio assidendo, summoneri faciemus archiepiscopos, episcopos, abbates, comites, et majores barones sigillatim per litteras nostras; et preterea faciemus summoneri in generali per vicecomites et ballivos nostros omnes illos qui de nobis tenent in capite ad certum diem, scilicet ad terminum quadraginta dierum ad minus, et ad certum locum; et in omnibus litteris illius summonicionis causam summonicionis exprimemus; et sic facta summonicione

- negocium ad diem assignatum procedat secundum consilium illorum qui presentes fuerint, quamvis non omnes summoniti venerint.
- [15] ~~Nos non concedemus de cetero alicui quod capiat auxilium de liberis hominibus suis, nisi ad corpus suum redimendum, et ad faciendum primogenitum filium suum militem, et ad primogenitam filiam suam semel maritandam, et ad hec non fiat nisi racionabile auxilium.~~
- [16 11] Nullus distringatur ad faciendum majus servicium de feodo militis, nec de alio libero tenemento, quam inde debetur.
- [17 12] Communia placita non sequantur curiam nostram, set teneantur in aliquo certo loco.
- [18 13] Recognitiones de nova disseisina, de morte antecessoris, et de ultima presentacione, non capiantur nisi in suis comitatibus et hoc modo; nos, vel si extra regnum fuerimus capitalis justiciarius noster, mittemus duos justiciarios per unumquemque comitatum per quatuor vices in anno, qui, cum quatuor militibus cujuslibet comitatus electis per comitatum, capiant in comitatu et in die et loco comitatus assisas predictas.
- [19 14] Et si in die comitatus assise predicte capi non possint, tot milites et libere tenentes remaneant de illis qui interfuerint comitatui die illo, per quos possint sufficienter judicia fieri, secundum quod negocium fuerit majus vel minus.
- [20 15] Liber homo non amerietur pro parvo delicto, nisi secundum modum *ipsius* delicti; et pro magno delicto amerietur secundum magnitudinem delicti, salvo tenemento suo; et mercator eodem modo, salva mercandisa sua; et villanus eodem modo amerietur salvo waynagio suo, si inciderit in misericordiam nostram; et nulla predictarum misericordiarum ponatur, nisi per sacramentum proborum et *legalium* hominum de visneto.
- [21 16] Comites et barones non amerientur nisi per pares suos, et non nisi secundum modum delicti.
- [22 17] Nullus clericus amerietur ~~de laico tenemento suo~~, nisi secundum modum *aliorum formam* predictorum, et non secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici.
- [23 18] Nec villa nec homo distringatur facere pontes ad riparias, nisi qui ab antiquo et de jure facere debent *debet*.
- [24 19] Nullus vicecomes, constabularius, coronatores, vel alii ballivi nostri, teneant placita corone nostre.
- [25] ~~Omnes comitatus, hundredi, wapentakii, et trethingi sint ad antiquas firmas absque ullo incremento, exceptis dominicis maneriis nostris.~~
- [26 20] Si aliquis tenens de nobis laicum feodum moriatur, et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de summonicione nostra de debito quod defunctus nobis debuit, liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et inbreviare catalla defuncti inventa in laico feodo, ad valenciam illius debiti, per visum *legalium* hominum, ita tamen quod nichil inde amoveatur, donec persolvatur nobis debitum quod clarum fuerit, et residuum relinquitur executoribus ad faciendum testamentum defuncti; et si nichil nobis debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvis uxori ipsius et pueris *suis* racionabilibus partibus suis.
- [27] ~~Si aliquis liber homo intestatus decesserit, catalla sua per manus propinquorum parentum et amicorum suorum, per visum ecclesie distribuantur, salvis unicuique debitis que defunctus ei debebat.~~
- [28 21] Nullus constabularius, vel alius *ejus* ballivus noster, capiat blada vel alia catalla alicujus *qui non sit de villa ubi castrum situm est*, nisi statim inde reddat denarios, aut respectum inde habere possit de voluntate venditoris; *si autem de villa fuerit, teneatur infra tres septimanas precium reddere.*
- [29 22] Nullus constabularius distringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri, si *ipse eam* facere voluerit custodiam *illam* in propria persona sua, vel per alium probum hominem, si ipse eam facere non possit propter racionabilem causam; et si nos duxerimus vel miserimus eum in exercitum, erit quietus de custodia, secundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu.

- [30 23] Nullus vicecomes, vel ballivus noster, vel ~~aliquis alius~~, capiat equos vel caretas alicujus ~~liberi hominis~~ pro cariagio faciendo, nisi ~~de voluntate ipsius liberi hominis~~, reddat *liberacionem antiquitus statutam, scilicet pro caretta ad duos equos decem denarios per diem, et pro caretta ad tres equos quatuordecim denarios per diem.*
- [31 24] Nec nos nec ballivi nostri capiemus alienum boscum ad castra vel alia agenda nostra, nisi per voluntatem ipsius cujus boscus ille fuerit.
- [32 25] Nos non tenebimus terras ~~illorum eorum~~ qui convicti fuerint de feloniam, nisi per unum annum et unum diem, et tunc reddantur terre dominis feodorum.
- [33 26] Omnes kydelli decetero deponantur penitus ~~de~~ *per* Tamisiam, et ~~de~~ Medeweiam, et per totam Angliam, nisi per costeram maris.
- [34 27] Breve quod vocatur 'Precipe' decetero non fiat alicui de aliquo tenemento unde liber homo amittere possit curiam suam.
- [35 28] Una mensura vini sit per totum regnum nostrum, et una mensura cervisie, et una mensura bladi, scilicet quarterium Londoniense, et una latitudo pannorum tinctorum et russetorum et haubergettorum, scilicet due ulne infra listas; de ponderibus autem sit ut de mensuris.
- [36 29] Nichil detur ~~vel capiatur~~ decetero pro brevi inquisitionis de vita vel membris, set gratis concedatur et non negetur.
- [37 30] Si aliquis teneat de nobis per feodi firmam, vel ~~per~~ sokagium, vel per burgagium, et de alio terram teneat per servicium militare, nos non habebimus custodiam heredis nec terre sue que est de feodo alterius occasione illius feodi firme, vel sokagii, vel burgagii; nec habebimus custodiam illius feodi firme, vel sokagii, vel burgagii, nisi ipsa feodi firma debeat servicium militare. Nos non habebimus custodiam heredis vel terre alicujus, quam tenet de alio per servicium militare, occasione alicujus parve serganterie quam tenet de nobis per servicium reddendi nobis cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi.
- [38 31] Nullus ballivus ponat decetero aliquem ad legem simplici loquela sua, sine testibus fidelibus ad hoc inductis.
- [39 32] Nullus liber homo capiatur, vel imprisonetur, aut dissaisiatur, aut utlagetur, aut exuletur *exulet*, aut aliquo *alio* modo destruatur, nec super eum ibimus, nec super eum mittemus, nisi per legale iudicium parium suorum vel per legem terre.
- [40 33] Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus rectum aut justiciam.
- [41 34] Omnes mercatores, *nisi publice ante prohibiti fuerint*, habeant salvum et securum exire de Anglia, et venire in Angliam, et morari, et ire per Angliam, tam per terram quam per *aquam aquas*, ad emendum et vendendum, sine omnibus malis toltis, per antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore guerre, et si sint de terra contra nos guerrina; et si tales inveniantur in terra nostra in principio guerre, attachientur sine dampno corporum et *vel* rerum, donec sciatur a nobis vel a capitali justiciario nostro quomodo mercatores terre nostre tractentur, qui tunc invenientur in terra contra nos guerrina; et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra.
- [42] ~~Liceat unicuique decetero exire de regno nostro, et redire, salvo et secure, per terram et per aquam, salva fide nostra, nisi tempore guerre per aliquod breve tempus, propter communem utilitatem regni, exceptis imprisonatis et utlagatis secundum legem regni, et gente de terra contra nos gwerrina, et mercatoribus, de quibus fiat sicut predictum est.~~
- [43 35] Si quis tenuerit de aliqua escaeta, sicut de honore Wallingfordie, Notingeham, Bolonie, Lancastrie, vel de aliis escaetis que sunt in manu nostra et sunt baronie, et obierit, heres ejus non det aliud relevium, nec faciat nobis aliud servicium quam faceret baroni si ~~baronia terra~~ illa esset in manu baronis; et nos eodem modo eam tenebimus quo baro eam tenuit.
- [44 36] Homines qui manent extra forestam non veniant decetero coram justiciariis nostris de foresta per communes summonitiones, nisi sint in placito, vel plegii alicujus vel aliquorum, qui attachiati ~~sint sunt~~ pro foresta.

- [45]—Nos non faciemus justiciarios, constabularios, vicecomites, vel ballivos, nisi de talibus qui sciant legem regni et eam bene velint observare.
- [46 37] Omnes barones qui fundaverint abbatias, unde habent cartas regum Anglie, vel antiquam tenuram, habeant earum custodiam cum vacaverint, sicut habere debent, *et sicut supra declaratum est.*
- [47 38] Omnes foreste que afforestate sunt tempore nostro, *Regis Johannis patris nostri* statim deafforestentur; et ita fiat de ripariis que per nos *eundem Johannem* tempore nostro suo posite sunt in defenso.
- [48]—Omnes male consuetudines de forestis et warennis, et de forestariis et warennariis, vicecomitibus et eorum ministris, ripariis et earum custodibus, statim inquirantur in quolibet comitatu per duodecim milites juratos de eodem comitatu, qui debent eligi per probos homines ejusdem comitatus, et infra quadraginta dies post inquisitionem factam, penitus, ita quod numquam revocentur, deleantur (per eosdem, ita quod nos hoc sciamus prius, vel justiciarius noster, si in Anglia non fuerimus).
- [49]—Omnes obsides et cartas statim reddemus que liberate fuerunt nobis ab Anglicis in securitatem pacis vel fidelis servicii.
- [50]—Nos amovebimus penitus de balliis parentes Gerardi de Athyes, quod decetero nullam habeant balliam in Anglia, Engelardum de Cygony, Petrum et Gionem et Andream de Cancellis, Gionem de Cygony, Galfridum de Martinny et fratres ejus, Philippum Marc et fratres ejus, et Galfridum nepotem ejus, et totam sequelam eorundem.
- [51]—Et statim post pacis reformationem amovebimus de regno omnes alienigenas milites, balistarios, servientes, stipendiarios, qui venerint cum equis et armis ad nocumentum regni.
- [52]—Si quis fuerit disseisitus vel elongatus per nos sine legali judicio parium suorum de terris, castellis, libertatibus, vel jure suo, statim ea ei restituemus; et si contencio super hoc orta fuerit, tunc inde fiat per judicium viginti quinque baronum, de quibus fit mencio inferius in securitate pacis. De omnibus autem illis de quibus aliquis disseisitus fuerit vel elongatus sine legali judicio parium suorum, per Henricum regem patrem nostrum vel per Ricardum regem fratrem nostrum, que in manu nostra habemus, vel que alii tenent, que nos oporteat warrantizare, respectum habebimus usque ad communem terminum cruce signatorum, exceptis illis de quibus placitum motum fuit vel inquisicio facta per preceptum nostrum ante suscepcionem crucis nostre; cum autem redierimus de peregrinatione nostra, vel si forte remanserimus a peregrinatione nostra, statim inde plenam justiciam exhibebimus.
- [53]—Eundem autem respectum habebimus (et eodem modo de justicia exhibenda) de forestis deafforestandis (vel remansuris forestis) quas Henricus pater noster vel Ricardus frater noster afforestaverunt, et de custodiis terrarum que sunt de alieno feodo, cujusmodi custodias hucusque habuimus occasione feodi quod aliquis de nobis tenuit per servicium militare, et de abbatibus que fundate fuerint in feodo alterius quam nostro, in quibus dominus feodi dixerit se jus habere; et cum redierimus, vel si remanserimus a peregrinatione nostra, super hiis conquerentibus plenam justiciam statim exhibebimus.
- [54 39] Nullus capiatur nec vel imprisonetur propter appellum femine de morte alterius quam viri sui.
- [55]—Omnes fines qui injuste et contra legem terre facti sunt nobiscum, et omnia amerciamenta facta injuste et contra legem terre, omnino condonentur, vel fiat inde per judicium viginti quinque baronum de quibus fit mencio inferius in securitate pacis, vel per judicium majoris partis eorundem, una cum predicto Stephano Cantuariensi archiepiscopo si interesse poterit et aliis quos secum ad hoc vocare voluerit. Et si interesse non poterit, nichilominus procedat negocium sine eo, ita quod; si aliquis vel aliqui de predictis viginti quinque baronibus fuerint in simili querela, amoveantur quantum ad hoc judicium et alii loco eorum per residuos de eisdem viginti quinque tantum ad hoc faciendum electi et jurati substituantur.
- [56 40] Si nos disseisivimus vel elongavimus *Et si rex Johannes pater noster dissaisierit vel elongaverit* Wallenses de terris vel libertatibus vel aliis rebus, sine legali judicio parium suorum in Anglia vel in Wallia, eis statim reddantur; et si contentio super hoc orta fuerit, tunc inde fiat in

Marchia per iudicium parium suorum; de tenementis Anglie secundum legem Anglie; de tenementis Wallie secundum legem Wallie; de tenementis Marchie secundum legem Marchie. Idem facient Wallenses nobis et nostris.

- [57] De omnibus autem illis de quibus aliquis Walensium disseisitus fuerit vel elongatus, sine legali iudicio parium suorum, per Henricum regem patrem nostrum vel Ricardum regem fratrem nostrum, que nos in manu nostra habemus, vel que alii tenent que nos oporteat warrantizare, respectum habebimus usque ad communem terminum cruce signatorum, illis exceptis de quibus placitum motum fuit vel inquisicio facta per preceptum nostrum ante suscepcionem crucis nostre; cum autem redierimus, vel si forte remanserimus a peregrinatione nostra, statim eis inde plenam justitiam exhibebimus, secundum leges Walensium et partes predictas.
- [58] Nos reddemus filium Lewelini statim, et omnes obsides de Wallia, et cartas que nobis liberate fuerunt in securitatem pacis.
- [59] Nos faciemus Alexandro regi Scottorum de sororibus suis et obsidibus reddendis, et libertatibus suis, et iure suo, secundum formam in qua faciemus aliis baronibus nostris Anglie, nisi aliter esse debeat per cartas quas habemus de Willelmo patre ipsius, quondam rege Scottorum; et hoc erit per iudicium parium suorum in curia nostra.
- [60 41] Omnes autem istas consuetudines predictas et libertates quas nos concessimus in regno nostro tenendas quantum ad nos pertinet erga nostros, omnes de regno nostro, tam clerici quam laici, observent quantum ad se pertinet erga suos.
- [61] Cum autem pro Deo, et ad emendacionem regni nostri, et ad melius sopiendum discordiam inter nos et barones nostros ortam, hec omnia predicta concesserimus, volentes ea integra et firma stabilitate (in perpetuum) gaudere, facimus et concedimus eis securitatem subscriptam; videlicet quod barones eligant viginti quinque barones de regno quos voluerint, qui debeant pro totis viribus suis observare, tenere, et facere observari, pacem et libertates quas eis concessimus, et hac presenti carta nostra confirmavimus; ita scilicet quod, si nos, vel iusticiarius noster, vel ballivi nostri, vel aliquis de ministris nostris, in aliquo erga aliquem deliquerimus, vel aliquem articulorum pacis aut securitatis transgressi fuerimus, et delictum ostensum fuerit quatuor baronibus de predictis viginti quinque baronibus, illi quatuor barones accedant ad nos vel ad iusticiarium nostrum, si fuerimus extra regnum, proponentes nobis excessum, petent ut excessum illum sine dilacione faciamus emendari. Et si nos excessum non emendaverimus, vel, si fuerimus extra regnum, iusticiarius noster non emendaverit infra tempus quadraginta dierum computandum a tempore quo monstratum fuerit nobis vel iusticiario nostro, si extra regnum fuerimus, predicti quatuor barones referant causam illam ad residuos de illis viginti quinque baronibus, et illi viginti quinque barones cum communa totius terre distringent et gravabunt nos modis omnibus quibus poterunt, scilicet per capcionem castrorum, terrarum, possessionum et aliis modis quibus poterunt, donec fuerit emendatum secundum arbitrium eorum, salva persona nostra et regine nostre et liberorum nostrorum; et cum fuerit emendatum intendent nobis sicut prius fecerunt. Et quicumque voluerit de terra juret quod ad predicta omnia exequenda parebit mandatis predictorum viginti quinque baronum, et quod gravabit nos pro posse suo cum ipsis, et nos publice et libere damus licenciam jurandi cuilibet qui jurare voluerit, et nulli umquam jurare prohibebimus. Omnes autem illos de terra qui per se et sponte sua noluerint jurare viginti quinque baronibus de distringendo et gravando nos cum eis, faciemus jurare eosdem de mandato nostro sicut predictum est. Et si aliquis de viginti quinque baronibus decesserit, vel a terra recesserit, vel aliquo alio modo impeditus fuerit, quominus ista predicta possent exequi, qui residui fuerint de predictis viginti quinque baronibus eligant alium loco ipsius, pro arbitrio suo, qui simili modo erit juratus quo et ceteri. In omnibus autem que istis viginti quinque baronibus committuntur exequenda, si forte ipsi viginti quinque presentes fuerint, et inter se super re aliqua discordaverint, vel aliqui ex eis summoniti nolint vel nequeant interesse, ratum habeatur et firmum quod major pars eorum qui presentes fuerint providerit vel preceperit ac si omnes viginti quinque in hoc consensissent; et predicti viginti quinque jurent quod omnia antedicta fideliter observabunt, et pro toto posse suo facient observari. Et nos nichil impetrabimus ab aliquo, per nos nec per alium, per quod aliqua istarum concessionum et libertatum revocetur vel minuatur; et, si aliquid tale impetratum fuerit, irritum sit et inane et numquam eo utemur per nos nec per alium.

- [62] ~~Et omnes malas voluntates, indignaciones, et rancores, ortos inter nos et homines nostros, clericos et laicos, a tempore discordie, plene omnibus remisimus et condonavimus. Preterea omnes transgressiones factas occasione ejusdem discordie, a Pascha anno regni nostri sextodecimo usque ad pacem reformatam, plene remisimus omnibus, clericis et laicis, et quantum ad nos pertinet plene condonavimus. Et insuper fecimus eis fieri litteras testimoniales patentes domini Stephani Cantuariensis archiepiscopi, domini Henrici Dublinensis archiepiscopi, et episcoporum predictorum et magistri Pandulfi, super securitate ista et concessionibus prefatis.~~
- [63] ~~Quare volumus et firmiter precipimus quod Anglicana ecclesia libera sit et quod homines in regno nostro habeant et teneant omnes prefatas libertates, jura, et concessiones, bene et in pace, libere et quiete, plene et integre, sibi et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris, in omnibus rebus et locis, in perpetuum, sicut predictum est. Juratum est autem tam ex parte nostra quam ex parte baronum, quod hec omnia supradicta bona fide et sine malo ingenio observabuntur. Testibus supradictis et multis aliis. Data per manum nostram in prato quod vocatur Ronimed inter Windlesoram et Stanes, quinto decimo die Junii, anno regni nostri decimo septimo.~~
- [42] *Quia vero quedam capitula in priori carta continebantur que gravia et dubitabilia videbantur, scilicet de scutagiis et auxiliis assidendis, de debitis Judeorum et aliorum et de libertate exeundi de regno nostro, vel redeundi in regnum, et de forestis et forestariis, warennis et warennariis, et de consuetudinibus comitatum, et de ripariis et earum custodibus, placuit supradictis prelatis et magnatibus ea esse in respectu quousque plenius consilium habuerimus, et tunc faciemus plenissime tam de hijs quam de aliis que occurrerint emendanda, que ad communem omnium utilitatem pertinerint et pacem et statum nostrum et regni nostri. Quia vero sigillum nondum habuimus, presentem cartam sigillis venerabilis patris nostri domini Gualonis tituli sancti Martini presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, et Willelmi Mariscalli comitis Penbrocie, rectoris nostri et regni nostri, fecimus sigillari. Testibus omnibus prenomatis et aliis multis, Datum per manus predictorum domini legati et Willelmi Mariscalli comitis Penbrocie apud Bristollum duodecimo die novembris anno regni nostri primo.*

Text of 1215 version from Holt, *Magna Carta*, Appendix 6. Text of 1216 version from *The Statutes of the Realm*, Vol 1, Charters of Liberties, 14-16, which is based on the Durham Cathedral copy of the charter.



## Magna Carta 1217

[Showing changes from Magna Carta 1216]

Henricus Dei gracia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, et Acquitannie, et comes Andegavie, archiepiscopus, episcopus, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, prepositis, ministris, et omnibus ballivis et omnibus fidelibus suis presentem cartam inspecturis, salutem. Sciatis nos quod, intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum, ad honorem Dei et exaltacionem sancte ecclesie, et emendacionem regni nostri, concessimus et hac presenti carta confirmavimus pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, per consilium venerabilium patrum nostrorum de consilio venerabilis patris nostri domini Gualonis tituli Sancti Martini presbiteri cardinalis et apostolice sedis legati, Petri Wintoniensis, Reineri de Sancto Asapho, Joscelini Bathoniensis et Glastoniensis, Simonis Exoniensis, Ricardi Cicestriensis, Willelmi Coventrensis, Benedicti Roffensis, Henrici Landavensis, Menevensis, Bangorensis et Sylvestri Wygorniensis episcoporum; et nobilium virorum Willelmi Mariscalli comitis Pembrocie, Ranulfi comitis Cestrie, Willelmi de Ferrariis comitis Derebie, Willelmi comitis Albemarle, Huberti de Burgo justiciarii nostri, Savarici de Maloleone, Willelmi Brigwerre patris, Willelmi Brigwerre filii, Roberti de Curtenay, Falkesii de Breaute, Reginaldi de Vautort, Walteri de Lascy, Hugonis de Mortuo Mari, Johannis de Monemute, Walteri de Bello campo, Walteri de Clifford, Rogeri de Clifford, Roberti de Mortuo Mari, Willelmi de Cantilupe, Mathei filii Hereberti, Johannis Mariscalli, Alani Bassett, Philippi de Albinaco, Johannis Extranei domini Walteri Eboracensis archiepiscopi, Willelmi Londoniensis episcopi et aliorum episcoporum Anglie, et Willelmi Mariscalli comitis Pembrocie, rectoris nostri et regni nostri, et aliorum fidelium comitum et baronum nostrorum Anglie, has libertates subscriptas tenendas in regno nostro Anglie in perpetuum:

- [1] In primis concessisse concessimus Deo et hac presenti carta nostra confirmasse confirmavimus, pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, quod Anglicana ecclesia libera sit, et habeat jura sua integra, et libertates suas illesas. Concessimus etiam omnibus liberis hominibus regni nostri, pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, omnes libertates subscriptas, habendas et tenendas eis et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris.
- [2] Si quis comitum vel baronum nostrorum, sive aliorum tenentium de nobis in capite per servicium militare, mortuus fuerit, et cum decesserit heres suus eius plene etatis fuerit et relevium debeat, habeat hereditatem suam per antiquum relevium; scilicet heres vel heredes comitis de baronia comitis integra per centum libras; heres vel heredes baronis de baronia integra per centum libras; heres vel heredes militis de feodo militis integro per centum solidos ad plus; et qui minus debuerit minus det secundum antiquam consuetudinem feodorum.
- [3] Si autem heres alicujus talium fuerit infra etatem, dominus ejus non habeat custodiam ejus nec terre sue, antequam homagium ejus ceperit; et postquam talis heres fuerit in custodia, cum ad etatem pervenerit, scilicet viginti et unius anni, habeat hereditatem suam sine relevio et sine fine ita tamen quod si ipse dum infra etatem fuerit, fiat miles, nichilominus terra remaneat in custodia domini sui dominorum suorum usque ad terminum predictum.
- [4] Custos terre hujusmodi heredis qui infra etatem fuerit, non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia servicia, et hoc sine destructione et vasto hominum vel rerum; et si nos commiserimus custodiam alicujus alicujus talis terre vicecomiti vel alicui alii qui de exitibus terre illius nobis debeat respondere, et ille destructionem de custodia fecerit vel vastum, nos ab illo capiemus emendam, et terra committatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo, qui de exitibus nobis respondeant vel ei cui illos eos assignaverimus; et si dederimus vel vendiderimus alicui custodiam alicujus talis terre, et ille destructionem inde fecerit vel vastum, amittat ipsam custodiam, et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui similiter nobis respondeant sicut predictum est.
- [5] Custos autem, quamdiu custodiam terre habuerit, sustentet domos, parcos, vivarios, stagna, molendina, et cetera ad terram illam pertinentia, de exitibus terre ejusdem; et reddat heredi cum ad plenam etatem pervenerit, terram suam totam instauratam de carucis et omnibus aliis

- rebus ad minus secundum quod illam recepit. Hec omnia observentur de custodiis archiepiscopatum, episcopatum, abbatiarum, prioratum, ecclesiarum et dignitatum vacantium *que ad nos pertinent*, excepto quod custodie hujusmodi vendi non debent.
- [6] Heredes maritentur absque disparagatione.
- [7] Vidua post mortem mariti sui statim et sine aliqua difficultate habeat maritagium suum et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua, ~~vel et~~ pro maritaggio suo, vel hereditate sua, quam hereditatem maritus suus et ipsa tenuerint die obitus ipsius mariti, et maneat in ~~domo~~ *capitali mesuagio* mariti sui per quadraginta dies post ~~mortem~~ *obitum* ipsius mariti sui, infra quos assignetur ei dos sua nisi prius fuerit ei assignata, vel nisi domus illa sit castrum; et si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari quousque dos sua ei assignetur secundum quod predictum est; *et habeat rationabile estuverium suum interim de communi. Assignetur autem ei pro dote sua tertia pars tocius terre mariti sui que sua fuit in vita sua, nisi de minori dotata fuerit ad ostium ecclesie.*
- [8] Nulla vidua distringatur ad se maritandum, dum voluerit vivere sine marito, ita tamen quod securitatem faciat quod se non maritabit sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu domini sui, si de alio tenuerit.
- [9] Nos vero vel ballivi nostri non saisiemus terram aliquam nec redditum pro debito aliquo, quamdiu catalla debitoris presentia sufficiunt ad debitum reddendum et ipse debitor paratus sit inde satisfacere; nec plegii ipsius debitoris distringantur quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solucionem debiti; et si capitalis debitor defecerit in solucione debiti, non habens unde reddat aut reddere nolit cum possit, plegii respondeant ~~de~~ *pro* debito; et si voluerint, habeant terras et redditus debitoris, ~~donec~~ *quousque* sit eis satisfactum de debito quod ante pro eo solverint, nisi capitalis debitor monstraverit se inde esse quietum versus eosdem plegios.
- [10] Civitas London' habeat omnes antiquas libertates et liberas consuetudines suas. Preterea volumus et concedimus quod omnes alie civitates, et burgi, et ville, et barones de quinque portibus, et omnes portus, habeant omnes libertates et liberas consuetudines suas.
- [11] Nullus distringatur ad faciendum majus servicium de feodo militis, nec de alio libero tenemento, quam inde debetur.
- [12] Communia placita non sequantur curiam nostram, set teneantur in aliquo loco certo.
- [13] Recognitiones de nova dissaisina, de morte antecessoris, ~~de ultima presentacione~~, non capiantur nisi in suis comitatibus et hoc modo; nos, vel si extra regnum fuerimus capitalis justiciarius noster, mittemus ~~duos~~ justiciarios per unumquemque comitatum ~~per quatuor vices semel~~ in anno, qui cum ~~quatuor~~ militibus ~~eiuslibet comitatus electis per comitatum comitatuum~~ capiant in comitatu et in die et loco comitatus *comitatibus* assisas predictas.
- [14] ~~Et si in die comitatus assise predicte capi non possint, tot milites et libere tenentes remaneant de illis qui interfuerint comitatui die illo, per quos possint sufficienter judicia fieri, secundum quod negocium fuerit majus vel minus. Et ea que in illo adventu suo in comitatu per justiciarios predictos ad dictas assisas capiendas missos terminari non possunt, per eosdem terminentur alibi in itinere suo, et ea que per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non possunt, referantur ad justiciarios nostros de banco, et ibi terminentur.~~
- [15] *Assise de ultima presentacione semper capiantur coram justiciariis de banco et ibi terminentur.*
- [16] Liber homo non amerietur pro parvo delicto, nisi secundum modum ipsius delicti; et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo contenemento suo; et mercator eodem modo, salva mercandisa sua; et villanus *alterius quam noster* eodem modo amerietur salvo wainagio suo; si inciderit in misericordiam nostram; et nulla predictarum misericordiarum ponatur, nisi per ~~sacramentum~~ *sacramenta* proborum et legalium hominum de visneto.
- [17] Comites et barones non amerientur nisi per pares suos, et non nisi secundum modum delicti.
- [18] Nullus clericus amerietur, nisi secundum formam predictorum, et non secundum ~~quantitatem~~ *beneficii sui ecclesiastici. Nulla ecclesiastica persona amerietur secundum*

*quantitatem beneficii sui ecclesiastici, sed secundum laicum tenementum suum et secundum quantitatem delicti.*

- [18 19] Nec villa nec homo distringatur facere pontes ad riparias, nisi qui ab antiquo et de jure facere debet.
- [20] *Nulla riparia decetero defendatur, nisi ille que fuerunt in defenso tempore Henrici regis avi nostri, per eadem loca et eosdem terminos sicut esse consueverunt tempore suo.*
- [19 21] Nullus vicecomes, constabularius, coronatores, vel alii ballivi nostri, teneant placita corone nostre.
- [20 22] Si aliquis tenens de nobis laicum feodum moriatur, et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de summonitione nostra de debito quod defunctus nobis debuit, liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et inbreviare catalla defuncti inventa in laico feodo, ad valentiam illius debiti, per visum legalium hominum, ita tamen quod nichil inde amoveatur, donec persolvatur nobis debitum quod clarum fuerit, et residuum relinquatur executoribus ad faciendum testamentum defuncti; et si nichil nobis debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvis uxori ipsius et pueris rationabilibus partibus suis.
- [21 23] Nullus constabularius, vel ballivus ejus, capiat blada vel aut alia catalla alicujus qui non sit de villa ubi castrum situm est, nisi statim inde reddat denarios, aut respectum inde habere possit de voluntate venditoris; si autem de villa ipsa fuerit teneatur infra tres septimanas precium reddere. *infra quadraginta dies precium reddat.*
- [22 24] Nullus constabularius distringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri, si ipse eam facere voluerit custodiam in propria persona sua, vel per alium probum hominem, si ipse eam facere non possit propter rationabilem causam; et si nos duxerimus eum vel miserimus in exercitum, erit quietus de custodia, secundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu *de feodo pro quo fecit servicium in exercitu.*
- [23 25] Nullus vicecomes, vel ballivus noster, vel alius, capiat equos vel caretas alicujus pro cariagio faciendo, nisi reddat liberationem antiquitus statutam, scilicet pro caretta ad duos equos decem denarios per diem, et pro caretta ad tres equos quatuordecim denarios per diem.
- [26] *Nulla caretta dominica alicujus ecclesiastice persone vel militis vel alicujus domine capiatur per ballivos predictos.*
- [24 27] Nec nos nec ballivi nostri *nec alii* capiemus alienum boscum ad castra vel alia agenda nostra, nisi per voluntatem illius cujus boscus ille fuerit.
- [25 28] Nos non tenebimus terras eorum qui convicti fuerint de feloniam, nisi per unum annum et unum diem, et tunc reddantur terre dominis feodorum.
- [26 29] Omnes kidelli decetero deponantur penitus per Tamisiam, et *vel* Medewaiam, et per totam Angliam, nisi per costeram maris.
- [27 30] Breve quod vocatur 'Precipe' decetero non fiat alicui de aliquo tenemento unde liber homo amittere possit *perdat* curiam suam.
- [28 31] Una mensura vini sit per totum regnum nostrum, et una mensura cervisie, et una mensura bladi, scilicet quarterium Londoniense, et una latitudo pannorum tinctorum et russetorum et haubergettorum, scilicet due ulne infra listas; de ponderibus ~~autem~~ vero sit ut de mensuris.
- [29 32] Nichil detur decetero pro brevi inquisitionis *ab eo qui inquisitionem petit* de vita vel membris, set gratis concedatur et non negetur.
- [30 33] Si aliquis teneat de nobis per feodifirmam, vel soccagium, vel ~~per~~ burgagium, et de alio teneat terram per servicium militare, nos non habebimus custodiam heredis nec terre sue que est de feodo alterius occasione illius feodifirme, vel soccagii, vel burgagii; nec habebimus custodiam illius feodifirme, vel sokagii, vel burgagii, nisi ipsa feodifirma debeat servicium militare. Nos non habebimus custodiam heredis vel terre alicujus, quam tenet de alio per servicium militare, occasione alicujus parve serganterie quam tenet de nobis per servicium reddendi nobis cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi.

- [34 34] Nullus ballivus ponat decetero aliquem ad legem *manifestam nec ad juramentum* simplici loquela sua, sine testibus fidelibus ad hoc inductis.
- [32 35] Nullus liber homo capiatur, vel imprisonetur, aut dissaisiatur *de libero tenemento suo vel libertatibus vel liberis consuetudinibus suis*, aut utlagetur, aut ~~exulet~~ *exuletur*, aut aliquo alio modo destruat, nec super eum ibimus, nec super eum mittemus, nisi per legale iudicium parium suorum vel per legem terre.
- [33 36] Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus rectum aut justiciam.
- [34 37] Omnes mercatores, nisi publice antea prohibiti fuerint, habeant saluum et securum *conductum* exire de Anglia, et venire in Angliam, et morari, et ire per Angliam, tam per terram quam per aquam, ad ~~emendum~~ *emendum* et vendendum, sine omnibus tollis malis, per antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore guerre, et si sint de terra contra nos guerriva; et si tales inveniuntur in terra nostra in principio guerre, attachientur sine dampno corporum vel rerum, donec sciatur a nobis vel a capitali justiciario nostro quomodo mercatores terre nostre tractentur, qui tunc inveniuntur in terra contra nos guerriva; et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra.
- [35 38] Si quis tenuerit de aliqua excaeta, sicut de honore Walingford', Bolonie, Notingeham, Lancastrie, vel de aliis escaetis que sunt in manu nostra et sint baronie, et obierit, heres ejus non det aliud relevium, nec faciet nobis aliud servitium quam faceret baroni si terra illa esset in manu baronis; et nos eodem modo eam tenebimus quo baro eam tenuit; *nec nos, occasione talis baronie vel excaete, habebimus aliquam excaetam vel custodiam aliquorum hominum nostrorum, nisi alibi tenuerit de nobis in capite ille qui tenuit baroniam vel excaetam.*
- [36] ~~Homines qui manent extra forestam non veniant decetero coram justiciariis nostris de foresta per communes summoniciones, nisi sint in placito, vel plegii alicujus vel aliquorum, qui attachiati sunt pro foresta.~~
- [39] *Nullus liber homo decetero det amplius alicui vel vendat de terra sua quam ut de residuo terre sue possit sufficienter fieri domino feodi servitium ei debitum quod pertinet ad feodum illud,*
- [37 40] Omnes barones qui fundaverint abbatias, unde *patroni abbatiarum qui* habent cartas regum Anglie *de advocacione* vel antiquam tenuram *vel possessionem* habeant earum custodiam cum vacaverint, sicut habere debent, et sicut supra declaratum est.
- [38] ~~Omnes foreste que afforestate sunt tempore Regis Johannis patris nostri statim deafforestentur; et ita fiat de ripariis que per eundem Johannem tempore suo posite sunt in defenso.~~
- [39 41] Nullus capiatur vel imprisonetur propter appellum femine de morte alterius quam viri sui.
- [40] ~~Et si rex Johannes pater noster dissaisierit vel elongaverit Wallenses de terris vel libertatibus vel aliis rebus, sine legali iudicio parium suorum in Anglia vel in Wallia, eis statim reddantur; et si contentio super hoc orta fuerit, tunc inde fiat in Marchia per iudicium parium suorum; de tenementis Anglie secundum legem Anglie; de tenementis Wallie secundum legem Wallie; de tenementis Marchie secundum legem Marchie. Idem facient Wallenses nobis et nostris.~~
- [42] *Nullus comitatus decetero teneatur, nisi de mense in mensem; et, ubi major terminus esse solebat, major sit. Nec aliquis vicecomes vel ballivus suus faciat turnum suum per hundredum nisi bis in anno et non nisi in loco debito et consueto, videlicet semel post Pascha et iterum post festum sancti Michaelis. Et visus de franco plegio tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis sine occasione, ita scilicet quod quilibet habeat libertates suas quas habuit et habere consuevit tempore Henrici regis avi nostri, vel quas postea perquisivit. Fiat autem visus de franco plegio sic, videlicet, quod pax nostra teneatur, et quod tethinga integra sit sicut esse consuevit, et quod vicecomes non querat occasiones, et quod contentus sit de eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo tempore Henrici regis avi nostri.*
- [43] *Non liceat alicui decetero dare terram suam alicui domui religiose ita quod illam resumat tenendam de eadem domo, nec liceat alicui domui religiose terram alicujus sic accipere quod tradat eam illi a quo eam receperit tenendam. Si quis autem decetero terram suam alicui domui religiose sic dederit, et super hoc convincatur, donum suum penitus cassetur, et terra illa domino suo illius feodi incurratur.*

- [44] *Scutagium capiatur decetero sicut capi consuevit tempore Henrici regis avi nostri.*
- [44-45] *Omnes autem istas consuetudines predictas et libertates quas nos concessimus in regno nostro tenendas quantum ad nos pertinet erga nostros, omnes de regno nostro, tam clerici quam laici, observent quantum ad se pertinet erga suos.*
- [46] *Salvis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, et omnibus aliis, tam ecclesiasticis personis quam secularibus, libertatibus et liberis consuetudinibus quas prius habuerunt.*
- [42] ~~Quia vero quedam capitula in priori carta continebantur que gravia et dubitabilia videbantur, scilicet de scutagiis et auxiliis assidendis, de debitis Judeorum et aliorum et de libertate exeundi de regno nostro, vel redeundi in regnum, et de forestis et forestariis, warennis et warennariis, et de consuetudinibus comitatum, et de ripariis et earum custodiis, placuit supradictis prelatibus et magnatibus ea esse in respectu quousque plenius consilium habuerimus, et tunc faciemus plenissime tam de hiis quam de aliis que occurrerint emendanda, que ad communem omnium utilitatem pertinuerint et pacem et statum nostrum et regni nostri. Quia vero sigillum nondum habuimus, presentem cartam sigillis venerabilis patris nostri domini Gualonis tituli sancti Martini presbiteri cardinalis, apostolice sedis legati, et Willelmi Mariscalli comitis Penbrocie, rectoris nostri et regni nostri, fecimus sigillari. Testibus omnibus prenomminatis et aliis multis, Datum per manus predictorum domini legati et Willelmi Mariscalli, comitis Penbrocie apud Bristollum duodecimo die novembris anno regni nostri primo.~~
- [47] *Statuimus etiam, de communi consilio totius regni nostri, quod omnia castra adulterina, videlicet ea que a principio guerre mote inter dominum Johannem patrem nostrum et barones suos Anglie constructa fuerint vel reedificata, statim diruantur. Quia vero nondum habuimus sigillum, hanc sigillis domini legati predicti et comitis Willelmi Mariscalli rectoris et regni nostri fecimus sigillari.*

Text of 1217 version from *The Statutes of the Realm*, Vol I, Charters of Liberties, 17-19, which is based on the Bodleian copy of the charter.

## Magna Carta 1225

[Showing changes from Magna Carta 1217]

Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitanie, et comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, prepositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis presentem cartam inspecturis, salutem. Sciatis quod *nos*, intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et successorum nostrorum, ad exaltationem sancte ecclesie, et emendationem regni nostri, ~~concessimus et hac presenti carta confirmavimus pro nobis et heredibus nostris in perpetuum, de consilio venerabilis patris nostri domini Gualonis tituli Sancti Martini presbiteri cardinalis et apostolice sedis legati, domini Walteri Eboracensis archiepiscopi, Willelmi Londoniensis episcopi et aliorum episcoporum Anglie, et Willelmi Mariscalli comitis Pembrocie, rectoris nostri et regni nostri, et aliorum fidelium comitum et baronum nostrorum Anglie, spontanea et bona voluntate nostra, dedimus et concessimus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et omnibus de regno nostro~~ has libertates subscriptas tenendas in regno nostro Anglie in perpetuum.

- [1] In primis concessimus Deo et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris in perpetuum quod Anglicana ecclesia libera sit, et habeat *omnia* jura sua integra et libertates suas illesas. Concessimus etiam omnibus liberis hominibus regni nostri pro nobis et heredibus nostris in perpetuum omnes libertates subscriptas, *habendas* et tenendas eis et heredibus suis de nobis et heredibus nostris *in perpetuum*.
- [2] Si quis comitum vel baronum nostrorum sive aliorum tenencium de nobis in capite per servicium militare mortuus fuerit, et, cum decesserit, heres ejus plene etatis fuerit et relevium debeat, habeat hereditatem suam per antiquum relevium, scilicet heres vel heredes comitis de baronia comitis integra per centum libras, heres vel heredes baronis de baronia integra per centum libras, heres vel heredes militis de feodo militis integro per centum solidos ad plus; et qui minus debuerit minus det secundum antiquam consuetudinem feodorum.
- [3] Si autem heres alicujus talium fuerit infra etatem, dominus ejus non habeat custodiam ejus nec terre sue antequam homagium ejus ceperit; et, postquam talis heres fuerit in custodia, cum ad etatem pervenerit, scilicet viginti et unius anni, habeat hereditatem suam sine relevio et sine fine, ita tamen quod, si ipse, *dum* infra etatem fuerit, fiat miles, nichilominus terra remaneat in custodia dominorum suorum usque ad terminum predictum.
- [4] Custos terre hujusmodi heredis qui infra etatem fuerit non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia servicia, et hoc sine destructione et vasto hominum vel rerum; et si nos commiserimus custodiam ~~alicujus~~ alicujus talis terre vicecomiti vel alicui alii qui de exitibus terre illius nobis debeat respondere, et ille destructionem de custodia fecerit vel vastum, nos ab illo capiemus emendam, et terra committetur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui de exitibus nobis respondeant vel ei cui eos assignaverimus; et si dederimus vel vendiderimus alicui custodiam alicujus talis terre, et ille destructionem inde fecerit vel vastum, amittat ipsam custodiam et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui similiter nobis respondeant, sicut predictum est.
- [5] Custos autem, quamdiu custodiam terre habuerit, sustentet domos, parcos, vivaria, stagna, molendina et cetera ad terram illam pertinentia de exitibus terre ejusdem, et reddat heredi, cum ad plenam etatem pervenerit, terram suam totam instauratam de carucis et omnibus aliis rebus, ad minus secundum quod illam recepit. Hec omnia observentur de custodiis archiepiscopatum, episcopatum, abbatiarum, prioratum, ecclesiarum et dignitatum vacantium que ad nos pertinent, excepto quod hujusmodi custodie vendi non debent.
- [6] Heredes maritentur absque disparagatione.
- [7] Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate aliqua habeat maritagium suum et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua ~~et vel~~ pro maritagio suo, vel *pro* hereditate sua, quam hereditatem maritus suus et ipsa tenuerunt die obitus ipsius mariti, et maneat in capitali

- mesagio *ipsius* mariti sui per quadraginta dies post obitum *ipsius* mariti sui, infra quos assignetur ei dos sua nisi prius ei fuerit assignata, vel nisi domus illa sit castrum; et si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens in qua possit honeste morari quousque dos sua ei assignetur secundum quod predictum est; et habeat rationabile estoverium suum interim de communi. Assignetur autem ei pro dote sua tercia pars tocus terre mariti sui que sua fuit in vita sua, nisi de minori dotata fuerit ad hostium ecclesie.
- [8] Nulla vidua distringatur ad se maritandam, dum vivere voluerit sine marito; ita tamen quod securitatem faciet quod se non maritabit sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu domini sui, si de alio tenuerit.
- [9 8] Nos vero vel ballivi nostri non seisiemus terram aliquam nec redditum pro debito aliquo, quamdiu catalla debitoris presencia ~~sufficiunt~~ *sufficiant* ad debitum reddendum et ipse debitor paratus sit inde satisfacere; nec plegii *ipsius* debitoris distringantur quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solutionem debiti; et, si capitalis debitor defecerit in solutione debiti, non habens unde reddat, aut reddere nolit cum possit, plegii respondeant pro debito; et, si voluerint, habeant terras et redditus debitoris quousque sit eis satisfactum de debito quod ante pro eo solverunt, nisi capitalis debitor monstraverit se inde esse quietum versus eosdem plegios.
- [10 9] Civitas London' habeat omnes antiquas libertates et liberas consuetudines suas. Preterea volumus et concedimus quod omnes alie civitates, et burgi, et ville, et barones de Quinque Portibus, et omnes portus, habeant omnes libertates et liberas consuetudines suas.
- [11 10] Nullus distringatur ad faciendum majus servicium de feodo militis nec de alio libero tenemento quam inde debetur.
- [12 11] Communia placita non sequantur curiam nostram, set teneantur in aliquo loco certo.
- [13 12] Recognitiones de nova disseisina et de morte antecessoris non capiantur nisi in suis comitatibus, et hoc modo: nos, vel si extra regnum fuerimus, capitalis justiciarius noster, mitemus justiciarios per unumquemque comitatum semel in anno, qui cum militibus comitatum capiant in comitatibus assisas predictas.
- [14] Et ea que in illo adventu suo in comitatu per justiciarios predictos ad dictas assisas capiendas missos terminari non possunt, per eosdem terminentur alibi in itinere suo; et ea que per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non possunt, referantur ad justiciarios nostros de banco et ibi terminentur.
- [15 13] Assise de ultima presentatione semper capiantur coram justiciariis *nostris* de banco et ibi terminentur.
- [16 14] Liber homo non amerietur pro parvo delicto nisi secundum modum *ipsius* delicti, et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo contenemento suo; et mercator eodem modo salva mercandisa sua; et villanus alterius quam noster eodem modo amerietur salvo wainagio suo, si inciderit in misericordiam nostram; et nulla predictarum misericordiarum ponatur, nisi per sacramenta *sacramentum* proborum et legalium hominum de visneto.
- [17] Comites et barones non amerientur nisi per pares suos, et non nisi secundum modum delicti.
- [18] Nulla ecclesiastica persona amerietur secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici, set secundum laicum tenementum suum, et secundum quantitatem delicti.
- [19 15] Nec villa, nec homo, distringatur facere pontes ad riparias nisi qui ~~ab~~ ex antiquo et de jure facere debet.
- [20 16] Nulla riparia decetero defendatur, nisi ille que fuerunt in defenso tempore regis Henrici avi nostri, per eadem loca et eosdem terminos sicut esse consueverunt tempore suo.
- [21 17] Nullus vicecomes, constabularius, coronatores, vel alii ballivi nostri teneant placita corone nostre.
- [22 18] Si aliquis tenens de nobis laicum feodum moriatur, et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de summonitione nostra de debito quod defunctus nobis debuit, liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et inbreviare catalla defuncti inventa in laico feodo ad

valenciam illius debiti per visum legalium hominum, ita tamen quod nichil inde amoveatur donec persolvatur nobis debitum quod clarum fuerit, et residuum relinquatur executoribus ad faciendum testamentum defuncti; et si nichil nobis debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvis uxori ipsius *et pueris suis* rationabilibus partibus suis.

- [23 19] Nullus constabularius vel ejus ballivus capiat blada ~~aut~~ *vel* alia catalla alicujus qui non sit de villa ubi castrum situm est, nisi statim inde reddat denarios aut respectum inde habere possit de voluntate venditoris; si autem de villa ipsa fuerit, infra quadraginta dies precium reddat.
- [24 20] Nullus constabularius distringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri, si ipse eam facere voluerit ~~custodiam~~ in propria persona sua, vel per alium probum hominem, si ipse eam facere non possit propter rationabilem causam, et, si nos duxerimus eum vel miserimus in exercitum, erit quietus de custodia secundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu de feodo pro quo fecit servicium in exercitu.
- [25 21] Nullus vicecomes, vel ballivus noster, vel alius capiat equos vel caretas alicujus pro cariagio faciendo, nisi reddat liberationem antiquitus statutam, scilicet pro caretta ad duos equos decem denarios per diem, et pro caretta ad tres equos quatuordecim denarios per diem.
- [26] Nulla caretta dominica alicujus ecclesiastice persone vel militis vel alicujus domine capiatur per ballivos predictos.
- [27] Nec nos nec ballivi nostri nec alii capiemus alienum boscum ad castra vel alia agenda nostra, nisi per voluntatem illius cujus boscus ille fuerit.
- [28 22] Nos non tenebimus terras eorum qui convicti fuerint de feloniam, nisi per unum annum et unum diem; et tunc reddantur terre dominis feodorum.
- [29 23] Omnes kidelli decetero deponantur penitus per Tamisiam ~~vel~~ *et* Medeweiam et per totam Angliam, nisi per costeram maris.
- [30 24] Breve quod vocatur 'Precipe' decetero non fiat alicui de aliquo tenemento, unde liber homo perdat curiam suam.
- [31 25] Una mensura vini sit per totum regnum nostrum, et una mensura cervisie, et una mensura bladi, scilicet quarterium London', et una latitudo pannorum tinctorum et russetorum et haubergettorum, scilicet due ulne infra listas; de ponderibus vero sit ut de mensuris.
- [32 26] Nichil detur decetero pro brevi inquisitionis ab eo qui inquisitionem petit de vita vel membris, set gratis concedatur et non negetur.
- [33 27] Si aliquis teneat de nobis per feodifirmam, vel soccagium, vel *per* burgagium, et de alio terram teneat per servicium militare, nos non habebimus custodiam heredis nec terre sue que est de feodo alterius, occasione illius feodifirme, vel soccagii, vel burgagii, nec habebimus custodiam illius feodifirme vel soccagii vel burgagii, nisi ipsa feodifirma debeat servicium militare. Nos non habebimus custodiam heredis ~~vel~~ *nec* terre alicujus quam tenet de alio per servicium militare, occasione alicujus parve serjanterie quam tenet de nobis per servicium reddendi *nobis* cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi.
- [34 28] Nullus ballivus ponat decetero aliquem ad legem manifestam ~~nee~~ *vel* ad juramentum simplici loquela sua, sine testibus fidelibus ad hoc inductis.
- [35 29] Nullus liber homo *decetero* capiatur vel imprisonetur aut disseisiatur de *aliquo* libero tenemento suo vel libertatibus vel liberis consuetudinibus suis, aut utlagetur, aut ~~exuletur~~ *exulet*, aut aliquo alio modo destruatur, nec super eum ibimus, nec super eum mitemus, nisi per legale iudicium parium suorum, vel per legem terre.
- [36] Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus rectum ~~aut~~ *vel* iusticiam.
- [37 30] Omnes mercatores, nisi publice antea prohibiti fuerint, habeant saluum et securum ~~conduetum~~ exire de Anglia, et venire in Angliam, et morari, et ire per Angliam, tam per terram quam per aquam ad ~~emendendum~~ *emendum* et *vel* vendendum, sine omnibus tollis malis per antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore gwerre, et si sint de terra contra nos ~~gueriva~~ *gwerina*; et si tales inveniuntur in terra nostra in principio gwerre, attachientur sine dampno corporum vel rerum, donec sciatur a nobis vel a capitali iusticiario nostro quomodo



mercatores terre nostre tractentur, qui tunc inveniuntur in terra contra nos ~~guerriva~~ gwerrina; et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra.

[38 31] Si quis tenuerit de aliqua escaeta, sicut de honore Wallingefordie, Bolonie, Notingeham', Lancastrie, vel de aliis escaetis que sunt in manu nostra, et sint baronie, et obierit, heres ejus non det aliud relevium nec faciat nobis aliud servicium quam faceret baroni, si ~~illa~~ ipsa esset in manu baronis; et nos eodem modo eam tenebimus quo baro eam tenuit; nec nos, occasione talis baronie vel escaete, habebimus aliquam escaetam vel custodiam aliquorum hominum nostrorum, nisi alibi tenuerit de nobis in capite ille qui tenuit baroniam vel escaetam.

[39 32] Nullus liber homo decetero det amplius alicui vel vendat de terra sua quam ut de residuo terre sue possit sufficienter fieri domino feodi servicium et debitum quod pertinet ad feodum illud.

[40 33] Omnes patroni abbatiarum qui habent cartas regum Anglie de advocacione, vel antiquam tenuram vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacaverint, sicut habere debent, et sicut supra declaratum est.

[44 34] Nullus capiatur vel imprisonetur propter appellum femine de morte alterius quam viri sui.

[42 35] Nullus comitatus decetero teneatur, nisi de mense in mensem; et, ubi major terminus esse solebat, major sit. Nec aliquis vicecomes vel ballivus ~~suus~~ faciat turnum suum per hundredum nisi bis in anno et non nisi in loco debito et consueto, videlicet semel post Pascha et iterum post festum sancti Michaelis. Et visus de franco plegio tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis sine occasione, ita scilicet quod quilibet habeat libertates suas quas habuit et habere consuevit tempore regis Henrici avi nostri, vel quas postea perquisivit. Fiat autem visus de franco plegio sic, videlicet quod pax nostra teneatur, et quod tethinga integra sit sicut esse consuevit, et quod vicecomes non querat occasiones, et quod contentus sit ~~de~~ eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo tempore regis Henrici avi nostri.

[43 36] Non liceat alicui decetero dare terram suam alicui domui religiose, ita quod ~~illam~~ eam resumat tenendam de eadem domo, nec liceat alicui domui religiose terram alicujus sic accipere quod tradat ~~eam illi~~ illam ei a quo ~~eam receperit ipsam~~ recepit tenendam. Si quis autem decetero terram suam alicui domui religiose sic dederit, et super hoc convincatur, donum suum penitus cassetur, et terra illa domino suo illius feodi incurratur.

[44 37] Scutagium decetero capiatur sicut capi ~~consuevit~~ solebat tempore regis Henrici avi nostri.

*Et salve sint archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, et omnibus aliis tam ecclesiasticis quam secularibus personis libertates et libere consuetudines quas prius habuerunt.*

[45] Omnes autem istas consuetudines predictas et libertates quas concessimus in regno nostro tenendas quantum ad nos pertinet erga nostros, omnes de regno nostro tam clerici quam laici observent quantum ad se pertinet erga suos.

[46] ~~Salvis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, et omnibus aliis, tam ecclesiasticis personis quam secularibus, libertatibus et liberis consuetudinibus quas prius habuerunt.~~

[47] ~~Statuimus etiam, de communi consilio totius regni nostri, quod omnia castra adulterina, videlicet ea que a principio guerre mote inter dominum Johannem patrem nostrum et barones suos Anglie constructa fuerint vel reedificata, statim diruantur. Quia vero nondum habuimus sigillum, hanc sigillis domini legati predicti et comitis Willelmi Mariscalli rectoris et regni nostri fecimus sigillari.~~

*Pro hac autem concessione et donatione libertatum istarum et aliarum libertatum contentarum in carta nostra de libertatibus foreste, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones, milites, libere tenentes, et omnes de regno nostro dederunt nobis quintam decimam partem omnium mobilium suorum. Concessimus etiam eisdem pro nobis et heredibus nostris quod nec nos nec heredes nostri aliquid perquiremus per quod libertates in hac carta contente infringantur vel infirmantur; et, si de aliquo aliquid contra hoc perquisitum fuerit, nichil valeat et pro nullo habeatur.*

*Hiis testibus domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo, Eustachio Londoniensi, Jocelino Bathoniensi, Petro Wintoniensi, Hugoni Lincolnensi, Ricardo Sarrisberiensis, Benedicto Roffensi, Willelmo Wigorniensi, Johanne Eliensi, Hugone Herefordiensi, Radulpho Cicestriensi, Willelmo Exoniensi episcopis, abbate sancti Albani, abbate sancti Edmundi, abbate de Bello, abbate sancti Augustini Cantuariensis, abbate de Eveshamia, abbate de Westmonasterio, abbate de Burgo sancti Petri, abbate Radingensi, abbate Abbendoniensi, abbate de Maumberia, abbate de Winchecumba, abbate de Hida, abbate de Certeseia, abbate de Sireburnia, abbate de Cerne, abbate de Abotebiria, abbate de Middletonia, abbate de Seleby, abbate de Wyteby, abbate de Cirencestria, Huberto de Burgo justiciario, Ranulfo comite Cestrie et Lincolnie, Willelmo comite Sarrisberie, Willelmo comite Warennie, Gilberto de Clara comite Gloucestrie et Hertfordie, Willelmo de Ferrariis comite Derbeie, Willelmo de Mandevilla comite Essexie, Hugone le Bigod comite Norfolcie, Willelmo comite Aubemarle, Hunfrido comite Herefordie, Johanne constabulario Cestrie, Roberto de Ros, Roberto filio Walteri, Roberto de Veteri ponte, Willielmo Brigwerre, Ricardo de Munfichet, Petro filio Herberti, Matheo filio Herberti, Willielmo de Albiniaco, Roberto Gresley, Reginaldo de Brahus, Johanne de Munemutha, Johanne filio Alani, Hugone de Mortuomari, Waltero de Bellocampo, Willielmo de sancto Johanne, Petro de Malalacu, Briano de Insula, Thoma de Muletonia, Ricardo de Argentein', Gaufrido de Nevilla, Willielmo Mauduit, Johanne de Baalun.*

*Datum apud Westmonasterium undecimo die februarii anno regni nostri nono.*

Text of 1225 version from *The Statutes of the Realm*, Vol I, Charters of Liberties, 22-25, which is based on the Durham Cathedral copy of the charter, and from Holt, *Magna Carta*, Appendix 12.

## Magna Carta 1297

[Showing changes from Magna Carta 1225, with further changes in the Statute Roll version and the 1300 *inspeximus* indicated in footnotes.]

*Edwardus, Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint, salutem.*<sup>1</sup> *Inspeximus magnam cartam domini Henrici quondam regis Anglie patris nostri de libertatibus Anglie in hec verba.*

Henricus Dei gratia rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie, et comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, vicecomitibus, prepositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis presentem cartam inspecturis, salutem. Sciatis quod nos, intuitu Dei et pro salute anime nostre et animarum antecessorum et successorum nostrorum, ad exaltacionem sancte ecclesie, et emendacionem regni nostri, spontanea et bona voluntate nostra, dedimus et concessimus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus et omnibus de regno nostro has libertates subscriptas tenendas in regno nostro Anglie ~~in perpetuum imperpetuum~~.

- [1] In primis concessimus Deo et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris ~~in perpetuum imperpetuum~~ quod ecclesia Anglicana libera sit, et habeat omnia jura sua integra et libertates suas illesas. Concessimus eciam *et dedimus* omnibus liberis hominibus regni nostri pro nobis et heredibus nostris ~~in perpetuum imperpetuum~~ *omnes* has libertates subscriptas, habendas et tenendas eis et heredibus suis de nobis et heredibus nostris ~~in perpetuum imperpetuum~~.
- [2] Si quis comitum vel baronum nostrorum sive aliorum tenencium de nobis in capite per servicium militare mortuus fuerit, et, cum decesserit, *et*<sup>2</sup> heres ejus plene etatis fuerit et relevium debeat, habeat hereditatem suam per antiquum relevium, scilicet heres vel heredes comitis de ~~baronia comitis integra comitatu integro~~ per centum libras, heres vel heredes baronis de baronia integra per centum ~~libras~~ *marcas*, heres vel heredes militis de feodo militis integro per centum solidos ad plus; et qui minus debuerit<sup>3</sup> minus det secundum antiquam consuetudinem feodorum.
- [3] Si autem heres alicujus talium infra etatem fuerit, dominus ejus non habeat custodiam ejus nec terre sue antequam homagium ejus ceperit; et, postquam talis heres fuerit in custodia, cum ad etatem pervenerit, scilicet viginti et unius anni, habeat hereditatem suam sine relevio et sine fine, ita tamen quod, si ipse, dum infra etatem fuerit, fiat miles, nichilominus terra remaneat in custodia dominorum suorum usque ad terminum predictum.
- [4] Custos terre hujusmodi heredis qui infra etatem fuerit non capiat de terra heredis nisi rationabiles exitus, et rationabiles consuetudines, et rationabilia servicia, et hoc sine destructione et vasto hominum *vel et rerum*; et si nos commiserimus custodiam alicujus talis terre vicecomiti vel alicui alii qui de exitibus terre illius nobis debeat respondere, et ille de custodia destructionem vel vastum fecerit, nos ab ~~illo~~ *eo* capiemus emendam, et terra ~~committetur~~ *commitatur* duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui de exitibus *terre illius* nobis respondeant vel ~~ei cui eos illi cui illos~~ assignaverimus; et si dederimus vel vendiderimus alicui custodiam alicujus talis terre, et ille inde destructionem fecerit vel vastum, amittat ~~ipsam~~ *illam* custodiam et tradatur duobus legalibus et discretis hominibus de feodo illo qui similiter nobis respondeant, sicut predictum est.
- [5] Custos autem, quamdiu custodiam terre *huiusmodi* habuerit, sustentet domos, parcos, vivaria, stagna, molendina et cetera ad terram illam pertinencia de exitibus terre ejusdem, et reddat heredi, cum ad plenam etatem pervenerit, terram suam totam instauratam de carucis et *de* omnibus aliis rebus, ad minus ~~secundum quod sicut~~ *illam* recepit. Hec omnia observentur de

<sup>1</sup> In 1300, the first sentence reads: *Rex archiepiscopis &c, salutem.*

<sup>2</sup> Statute Roll and 1300 omit *et*.

<sup>3</sup> In Statute Roll and 1300: *habuerit*.

custodiis archiepiscopatum, episcopatum, abbatiarum, prioratum, ecclesiarum et dignitatum vacantium que ad nos pertinent, excepto quod custodie hujusmodi vendi non debent.

- [6] Heredes maritentur absque disparagacione.
- [7] Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate aliqua habeat maritagium suum et hereditatem suam, nec aliquid det pro dote sua ~~vel~~ nec pro maritagio suo, vel pro hereditate sua, quam hereditatem maritus suus et ipsa tenuerunt<sup>4</sup> die obitus ipsius mariti sui, et maneat in capitali mesuagio ipsius mariti sui per quadraginta dies post obitum ipsius sui mariti, infra quos dies assignetur ei dos sua nisi prius fuerit ei assignata, vel nisi domus illa sit castrum; et si de castro recesserit, domus ei competens statim provideatur in qua possit honeste morari quousque dos sua ei assignetur secundum quod predictum est; et habeat rationabile estoverium suum interim de communi. Assignetur autem ei pro dote sua tertia pars totius terre mariti sui que sua fuit in vita sua, nisi de minori fuerit dotata ad hostium ecclesie.

Nulla vidua distringatur ad se maritandam, dum voluerit vivere sine marito, ita tamen quod securitatem faciat quod se non maritabit sine assensu nostro, si de nobis tenuerit, vel sine assensu domini sui, si de alio tenuerit.

- [8] Nos vero vel ballivi nostri non seisiemus terram aliquam ~~nee~~ vel redditum pro debito aliquo, quamdiu catalla debitoris presencia ~~sufficiant~~ *sufficiunt* ad debitum reddendum et ipse debitor paratus sit inde satisfacere; nec plegii ipsius debitoris distringantur quamdiu ipse capitalis debitor sufficiat ad solutionem *ipsius* debiti; et, si capitalis debitor defecerit in solutione debiti, non habens unde reddat, aut reddere nolit cum possit, plegii ~~pro~~ *de* debito respondeant; et, si voluerint, habeant terras et redditus debitoris quousque sit eis satisfactum de debito quod ante pro eo solverunt, nisi capitalis debitor monstraverit se inde esse quietum versus eosdem plegios.
- [9] Civitas London' habeat omnes ~~antiquas libertates et liber~~as *libertates suas antiquas et* consuetudines suas. Preterea volumus et concedimus quod omnes civitates alie, et burgi, et ville, et barones de Quinque Portibus, et omnes portus, habeant omnes libertates et liberis consuetudines suas.
- [10] Nullus distringatur ad faciendum majus servicium de feodo militis nec de alio libero tenemento quam inde debetur.
- [11] Communia placita non sequantur curiam nostram, set teneantur in aliquo certo loco.
- [12] Recogniciones de nova disseisina et de morte antecessoris non capiantur nisi in suis comitatibus, et hoc modo: nos, vel si extra regnum fuerimus, capitalis justiciarius noster, mitemus justiciarios *nostros* per unumquemque comitatum semel in anno, qui cum militibus comitatum capiant in comitatibus assisas predictas.

Et ea *illa* que in illo adventu suo in comitatu<sup>5</sup> per justiciarios *nostros* predictos ad dictas assisas capiendas missos terminari non possunt, per eosdem terminentur alibi in itinere suo; et ea que per eosdem propter difficultatem aliquorum articulorum terminari non possunt, referantur ad justiciarios nostros de banco et ibi terminentur.

- [13] Assise de ultima presentacione semper capiantur coram justiciariis ~~nostris~~ de banco et ibi terminentur.
- [14] Liber homo non amerietur pro parvo delicto nisi secundum modum ipsius delicti, et pro magno delicto secundum magnitudinem delicti, salvo contemento suo; et mercator eodem modo salva mercandisa sua; et villanus alterius quam noster eodem modo amerietur salvo wainagio suo, si inciderit in misericordiam nostram; et nulla predictarum misericordiarum ponatur, nisi per sacramentum proborum et legalium hominum de visneto.

Comites et barones non amerientur nisi per pares suos, et non nisi secundum modum delicti.

<sup>4</sup>The Statute Roll (interlined) and 1300 add here: *simul*.

<sup>5</sup>In Statute Roll and 1300: *comitatus*.

- Nulla ecclesiastica persona amerietur secundum quantitatem beneficii sui ecclesiastici, set secundum laicum tenementum suum, et secundum quantitatem delicti.
- [15] Nec villa, nec<sup>6</sup> homo, distringatur facere pontes ad riparias nisi qui ~~ex ab~~ antiquo et de jure facere ~~debet~~ debent.
- [16] Nulle riparie defendantur decetero, nisi ille que fuerunt in defenso tempore Henrici regis avi nostri, per eadem loca et eosdem terminos sicut esse consueverunt tempore suo.
- [17] Nullus vicecomes, constabularius, ~~eoronatores~~ coronator, vel alii ballivi nostri teneant placita corone nostre.
- [18] Si aliquis tenens de nobis laicum feodum moriatur, et vicecomes vel ballivus noster ostendat litteras nostras patentes de summonicione nostra de debito quod defunctus nobis debuit, liceat vicecomiti vel ballivo nostro attachiare et imbreviare *omnia bona et catalla* defuncti inventa in laico feodo ad valenciam illius debiti per visum legalium hominum, ita tamen quod nichil inde amoveatur donec persolvatur nobis debitum quod clarum fuerit, et residuum relinquatur executoribus ad faciendum testamentum defuncti; et si nichil nobis debeatur ab ipso, omnia catalla cedant defuncto, salvis uxori *ipsius ejus* et pueris *suis ipsius* racionabilibus partibus suis.
- [19] Nullus constabularius vel ejus ballivus capiat blada vel alia catalla alicujus qui non sit de villa ubi castrum situm est, nisi statim reddat denarios inde aut respectum inde habere possit de voluntate venditoris; si autem de ipsa villa fuerit, infra quadraginta dies precium reddat.
- [20] Nullus constabularius dstringat aliquem militem ad dandum denarios pro custodia castri, si ~~ipse~~<sup>7</sup> eam facere voluerit in propria persona sua, vel per alium probum hominem *faciat*, si ipse eam facere non possit propter rationabilem causam, et, si nos ~~duxerimus~~ *adduxerimus* vel miserimus eum in exercitum, ~~erit sit~~ quietus de custodia secundum quantitatem temporis quo per nos fuerit in exercitu de feodo pro quo fecit servicium in exercitu.
- [21] Nullus vicecomes, ~~vel~~ *aut*<sup>8</sup> ballivus noster, vel *aliquis* alius capiat equos vel caretas alicujus pro cariagio faciendo, nisi reddat liberacionem antiquitus<sup>9</sup> statutam, scilicet pro *una* caretta ad duos equos decem denarios per diem, et pro caretta ad tres equos quatuordecim denarios per diem.
- Nulla caretta dominica alicujus ecclesiastice persone vel militis vel alicujus domine per ballivos ~~predictos~~ *nostros* capiatur.
- Nec nos nec ballivi nostri nec alii capiemus boscum alienum ad castra vel *ad* alia agenda nostra, nisi per voluntatem illius cujus boscus ille fuerit.
- [22] Nos non tenebimus terras ~~eorum~~ *illorum* qui convicti fuerint de feloniam, nisi per unum annum et unum diem; et tunc reddantur terre *ille* dominis feodorum.
- [23] Omnes kidelli deponantur decetero penitus per Thamisiam et Medeweyam et per totam Angliam, nisi per costeram maris.
- [24] Breve quod vocatur 'Precipe' decetero non fiat alicui de aliquo *libero* tenemento, unde liber homo perdat curiam suam.
- [25] Una mensura vini sit per totum regnum nostrum, et una mensura cervisie, et una mesura bladi, scilicet quarterium London', et una latitudo pannorum tinctorum et russetorum et haubergettorum, scilicet due ulne infra listas; de ponderibus vero sit ~~ut~~ *sicut* de mensuris.
- [26] Nichil decetero detur pro brevi inquisitionis ab eo qui inquisitionem petit de vita vel *de* membris, set gratis concedatur et non negetur.
- [27] Si ~~aliquis teneat~~ *aliqui teneant* de nobis per feodi firmam, vel *per* socagium, vel ~~per~~ burgagium, et de alio ~~teneat~~ *teneant* terram ~~teneat~~ *teneant* per servicium militare, nos non habebimus custodiam heredis

<sup>6</sup> The Statute Roll (interlined) and 1300 insert *liber*.

<sup>7</sup> Statute Roll and 1300 retain *ipse*.

<sup>8</sup> In Statute Roll: *vel*.

<sup>9</sup> In Statute Roll: *antiquitus*.

nec terre sue que est de feodo alterius, occasione illius feodi firme, vel sokagii, vel burgagii, nec habebimus custodiam illius feodi firme vel socagii vel burgagii, nisi ipsa feodi firma debeat servicium militare. Nos non habebimus custodiam heredis nec vel alicujus terre quam tenet de aliquo alio per servicium militare, occasione alicujus parve serjanterie quam tenet de nobis per servicium reddendi nobis cultellos, vel sagittas, vel hujusmodi.

- [28] Nullus ballivus decetero ponat aliquem ad legem manifestam vel nec ad juramentum simplici loquela sua, sine testibus fidelibus ad hoc inductis.
- [29] Nullus liber homo decetero capiatur vel imprisonetur aut disseisiatur de aliquo libero tenemento suo vel libertatibus vel liberis consuetudinibus suis, aut utlagetur, aut exulet, aut aliquo alio modo destruat, nec super eum ibimus, nec super eum mittemus, nisi per legale iudicium parium suorum, vel per legem terre.
- Nulli vendemus, nulli negabimus aut differemus rectum vel justiciam.
- [30] Omnes mercatores, nisi publice antea prohibiti fuerint, habeant salvum et securum *conductum* exire de Anglia, et venire in Angliam, et morari, et ire per Angliam, tam per terram quam per aquam ad emendum vel et vendendum, sine omnibus tollis malis per antiquas et rectas consuetudines, preterquam in tempore guerre, et si sint de terra contra nos guerrina; et si tales inveniantur in terra nostra in principio guerre, attachientur sine dampno corporum vel rerum, donec sciatur a nobis vel a capitali justiciario nostro quomodo mercatores terre nostre tractentur, qui tunc ~~invenientur~~ *inveniuntur* in terra *illa* contra nos guerrina; et si nostri salvi sint ibi, alii salvi sint in terra nostra.
- [31] Si quis tenuerit de aliqua escaeta, sicut de honore Walinford, Bolonie, Notingeham', Lancastrie, vel de aliis escaetis que sunt in manu nostra, et sint baronie, et obierit, heres ejus non det aliud relevium nec faciat nobis aliud servicium quam faceret baroni, si ~~ipsa~~ *illa* esset in manu baronis; et nos eodem modo eam tenebimus quo baro eam tenuit; nec nos, occasione talis baronie vel escaete, habebimus aliquam escaetam vel custodiam aliquorum nostrorum hominum, nisi de nobis alibi tenuerit in capite ille qui tenuit baroniam vel escaetam.
- [32] Nullus liber homo det decetero amplius alicui vel vendat de terra sua quam ut de residuo terre sue possit sufficienter fieri domino feodi servicium ei debitum quod pertinet ad feodum illud.
- [33] Omnes patroni abbatiarum qui habent cartas regum Anglie de advocacione, vel antiquam tenuram vel possessionem, habeant earum custodiam cum vacaverint, sicut habere debent, et sicut ~~supra~~ *superius* declaratum est.
- [34] Nullus capiatur vel aut imprisonetur propter appellum femine de morte alterius quam viri sui.
- [35] Nullus comitatus decetero teneatur, nisi de mense in mensem; et, ubi major terminus esse solebat, major sit. Nec aliquis vicecomes vel ballivus *suus* faciat turrum suum per hundredum nisi bis in anno et non nisi in loco debito et consueto, videlicet semel post Pascha et iterum post festum sancti Michaelis. Et visus de franco plegio tunc fiat ad illum terminum sancti Michaelis sine occasione, ita scilicet quod quilibet habeat libertates suas quas habuit et vel habere consuevit tempore Henrici regis avi nostri, vel quas postea perquisivit. Fiat autem visus de franco plegio sic, videlicet quod pax nostra teneatur, et quod ~~tethinga~~ *theothinga* teneatur integra sit sicut esse consuevit, et quod vicecomes non querat occasiones, et quod contentus sit de eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo tempore Henrici regis avi nostri.
- [36] ~~Nō~~ Nec liceat decetero alicui dare terram suam ~~alicui~~ domui religiose, ita quod ~~eam~~ *illam* resumat de eadem domo tenendam, nec liceat alicui domui religiose terram alicujus sic accipere quod tradat ~~illam~~ *illam* ei ~~eam~~ *illi*<sup>10</sup> a quo ~~ipsam~~ *eam* recepit tenendam. Si quis autem decetero terram suam alicui domui religiose sic dederit, et super hoc convincatur, donum suum penitus cassetur, et terra illa domino suo illius feodi incurratur.
- [37] Scutagium decetero capiatur sicut capi solebat *consuevit* tempore Henrici regis avi nostri.

<sup>10</sup> The Statute Roll and 1300 have *illam illi*.

Et salve sint archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, templariis, hospitalariis, comitibus, baronibus, et omnibus aliis tam ecclesiasticis personis quam secularibus *omnes* libertates et libere consuetudines quas prius habuerunt.

Omnes autem *istas* consuetudines et libertates predictas quas concessimus in regno nostro tenendas quantum ad nos pertinet erga nostros, omnes de regno nostro tam clerici quam laici observent quantum ad se pertinet erga suos.

Pro hac autem donacione et concessione libertatum istarum et aliarum ~~libertatum~~ contentarum in carta nostra de libertatibus foreste, archiepiscopi, episcopi, abbates, priores, comites, barones, milites, libere tenentes, et omnes de regno nostro dederunt nobis quintadecimam partem omnium mobilium suorum. Concessimus eciam eisdem pro nobis et heredibus nostris quod nec nos nec heredes nostri aliquid perquiremus per quod libertates in hac carta contente infringantur vel infirmentur; et, si ~~de~~ ab aliquo contra hoc aliquid perquisitum fuerit, nichil valeat et pro nullo habeatur.

Hiis testibus<sup>11</sup> domino Stephano Cantuariensi archiepiscopo, Eustachio Londoniensi, Jocelino Bathoniensi, Petro Wintoniensi, Hugoni Lincolniensi, Ricardo Sarrisberiensis, Benedicto Roffensi, Willelmo Wigorniensi, Johanne Eliensi, Hugone Herefordiensi, Radulpho Cicesterensi, Willelmo Exoniensi episcopis, abbate sancti Albani, abbate sancti Edmundi, abbate de Bello, abbate sancti Augustini Cantuariensis, abbate de Eveshamia, abbate de Westmonasterio, abbate de Burgo sancti Petri, abbate Radingensi, abbate Abbendoniensi, abbate de Maumburia, abbate de Winchecumba, abbate de Hida, abbate de Certeseia, abbate de Sireburnia, abbate de Cerne, abbate de Abotebiria, abbate de Middletonia, abbate de Seleby, ~~abbate de Wyleby~~, abbate de Cirecestria, Huberto de Burgo justiciario *nostro*,<sup>12</sup> Ranulfo comite Cestrie et Lincolnie, Willelmo comite Sarrisberie, Willelmo comite Warennie, Gilberto de Clara comite Gloucestrie et Hertfordie, Willelmo de Ferrariis comite Derbeie, Willelmo de Mandevilla comite Essexie, Hugone le Bigod comite Norfolcie, Willelmo comite Aubemarle, Hunfrido comite Herefordie, Johanne constabulario Cestrie, Roberto de Ros, Roberto filio Walteri, Roberto de Veteri ponte, Willielmo Brigwerre, Ricardo de Munfichet, Petro filio Herberti, Matheo filio Herberti, Willielmo de Albiniaco, Roberto Gresley, Reginaldo de Brahus, Johanne de Munemutha, Johanne filio Alani, Hugone de Mortuomari, Waltero de Bellocampo, Willielmo de sancto Johanne, Petro de Malalacu, Briano de Insula, Thoma de Muletonia, Ricardo de Argentein', Gaufrido de Nevilla, Willielmo Mauduit, Johanne de Baalun *et aliis*.

Datum apud Westmonasterium undecimo die februarii anno regni nostri nono.

*Nos autem donaciones et concessiones predictas ratas habentes et gratas, eas pro nobis et heredibus nostris concedimus et confirmamus, easque tenore presentium innovamus, volentes et concedentes pro nobis et heredibus nostris quod carta predicta in omnibus et singulis suis articulis imperpetuum firmiter et inviolabiliter observetur, eciam si aliqui articuli in eadem carta contenti hucusque forsitan non fuerint observati. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste Edwardo filio nostro apud Westmonasterium duodecimo die octobris anno regni nostri vicesimo quinto.*<sup>13</sup>

Text of 1297 version from *The Statutes of the Realm*, Vol 1, Charters of Liberties, 33-36, which is based on the City of London copy of the charter. Variants in the footnotes from the Statute Roll text of the 1297 *inspeximus*, as printed in *Statutes of the Realm*, Vol 1, 114-119, and the Charter Roll text of the 1300 *inspeximus*, from *The Statutes of the Realm*, Vol 1, 38-41.

<sup>11</sup> No attempt has been made to indicate the omissions and variations in spelling in the witness list.

<sup>12</sup> Addition of *nostro* not in Statute Roll or 1300.

<sup>13</sup> 1300 replaces final two sentences with a long list of witnesses, then: *Datum per manum nostram apud Westm', vicesimo octavo die Marcii, anno &c vicesimo octavo.*